



Дружні Гімні ввсвд Амі ссдіголюері і шквццврт

гвал ошлрід ъ Рвсеп ъ Слрлрлрлрл
2 У И А Д И С



41

[Faint, mostly illegible text in a historical script, likely Church Slavonic, covering the majority of the page. The text is arranged in several columns and appears to be a liturgical or instructional document.]

Facultatis Theologicæ in Academia Lipsiensi
DECANUS,
Piis Lectoribus Gratiam & Pacem à Christo Jesu.



Radus honorum Theologorum salutarî instituto sancitos esse, nemo, nisi spiritus Anabaptistici typho correptus, inficias iverit. Non enim Deus est fautor, nedum autor *ἀναστασίας*, 1. Cor. 13. v. 33. i. e. tumultuariæ & miscellæ molitionis, sed vult, ut omnia ordine & decenter fiant in Ecclesia. Quam ob causam & Dominus noster Jesus Christus varios gradus constituit, ut doctorum, ita & minorum sacrorû, partim temporariorum, partim continuorum. Dedit enim hos quidem Apostolos, hos autem Prophetas, hos autem Evangelistas, hos verò Pastores & Doctores, Ephes. 4. Cumq; immediata inspiratio non nisi certâ ætatis fuerit, ceteri omnes ab eo tempore non nisi modo moreq; ordinario, hoc est, disciplinâ Theologorum imbuti, ad officia hæc adhibiti sunt, adhiberi etiamnum possunt. Nam functionem sacram in se suscipere, priusquam ei sustinenda par esse quis possit, nihil aliud est, quam *velle signum* nam *discere in dolio*, ut loquitur Nazianzenus apologet. 1. hoc est, artem demum velle pernoscere, cum ea exercenda est. Jam verò Collegia Theologica non in eo tantum operam suam Ecclesiæ consecrant, quòd veritatem celestem voce calamoq; propugnent, & ad posterum traducem, sinceræ Religionis promoveant, sed etiam ut ministerii sacri Candidatos ad functiones publicas præparent, & de profectibus eorum donisq; iudicium ferant. Nisi enim hic ordo servetur, & censuræ illorum stetur, in promovendis iis, qui digni sunt, gravi animarum cum periculo sæpe imperiti & mustei, ut sic dicamus, homines, officiis præficiuntur. Nihil itaq; gradus Theologorum honorum sunt aliud, quam *ἀρετή* & testimonia publica de ingenio, quâ doctrinam, quâ pietatem probè seriòq; exploratis, quòd gregem Christi salubriter pascere queant.

Sed & insuper incentivum præbetur aliis bonis mentibus, ut pari alacritate ad candidam istam metam contendant, & ipsi quoq; ad gradus hocce Promotus calcar additur, *solemnibus obtestationibus & juramentis, ac votis & gratulationibus*, quibus in publico renunciationis actu excitantur, & Deo autorantur, & Ecclesiæ Christi dedicantur, ut tanquam boni milites Jesu Christi unice conatus suos eò dirigere pergant, quò Gloria Domini sui & salus Ecclesiæ vexillum expliant.

Nam quod de Christianis omnibus Hieronymus in Epistola ad Furia ait, id maximè de Ecclesiæ doctoribus usurpari potest: *Non queruntur in Christianis initia sed finis: Paulus malè cæpit: Sed bene finivit: Jude laudantur exordia, sed finis proditiōe damnatur.* Inprimis autem in panegyricis hæc honorum collationibus iterum iterumq; inculcatur promovendus, ut puritatem doctrinæ celestis sibi unice habeant cõmendatam, & perpetuo suis auribus insonare sinant clangorem illû Paulinæ vocis: 1. Tim. 6. v. 20. *O Timothee de positum custodi, devitans *ὡς Πωσίας* vocum novitates, deq; rebus inanibus profanas declamationes & ἀλλήσεως ἡ ὁδὸν ὡς γράμματα* oppositas scientiæ Theologicæ corruptelas, quorum verborum sensum felicissima paraphrasi reddidit Vincentius Lirinensis, in aureo suo contra hæreses libello: *O Timothee, ò Episcopo, ò Sacerdos, ò Doctor. ò exclamationis est & præscientiæ & caritatis. Prævidebat enim futuros, quos præadolebat errores. Custodi propter fures, propter inimicos depositi, id est doctrinâ sanâ, quæ tibi quasi Episcopo credita est à me, et à Christo, non quæ à te inventa, quam traditione (scil. scripturarum) accepisti, non quam excogitasti, cuius non auctor esse debes sed custos. Secundò depositum custodi, id est, talentum Catholicæ fidei inviolatum, & illibatamq; conserva: aurum accepisti, aurum redde, ne plumbum, ne eramenta supponas: eadem quæ à me didicisti, ita doce, adorna, illustra, ut cum dicas novè, non dicas nova. Tertio depositum id est doctrinam Catholicam, universalem, unam eandemq; per singulas ætatum successiones incorruptâ veritatè traditione manantem, & usq; in sæcula sine fine mansuram custodi. Devitans quasi viperam, quasi scorpionem, quasi basiliscum profanas, id est quæ nihil habent sacri, nihil religiosi à sacra fide, Ecclesiâ, religione alienas, vocum id est dogmatum, verum, sententiarum, & consequenter sermonum novitates, quæ sunt vetustatis, quæ antiquitatè contrariæ.*

Neq; est, ut Salvatoris interdictum *Nolite vocari Rabbi*, Matth. 23. v. 8. aut etiam abusus quandoq; obveniens hæc titulis Theologicis opponatur. Non enim Christus improbat peritiam, honorem aut gradum istum, non & docendi potestatem ex verbo suo, cum & Johannes Baptista vocetur à discipulis suis Rabbi, & Paulus ipsemet se *Doctorem Gentium* nominet, & inter ministerii Ecclesiastici nomina superiùs allata & Doctorum titulum referatur: sed detestatur partim magisterium cerebri humani, commenta sua pro decretis Spiritus sancti venditantis, partim arrogantiam sibi adscribentium efficaciam Deo per verbum operanti propriam, partim verò insolentiam, & ut Theophylacti phrasis habet, *τὸ ἰουδαϊκὸν ἡλεθρὸν καὶ ἐὶς τὴν ἀφ᾽ ἐξουσίας ἀφ᾽ ἐξουσίας* affectatione tituli hujus in Phariseis, qui omnia faciebant tantum *ἡ δὲ ἰσχυρὰ τῆς ἀδελφότητος*, Matth. 23. v. 8. ut videretur ab hominibus, & carnali quodam studio applausum quærebant. Non ideo inquit Augustinus in Psalm. 77. *ἡ δὲ ἐξουσία τῆς ἀδελφότητος*, ut vocabulum honoris humani de loquendi consuetudine tolleretur: sed ne gratia Dei, quæ in æternam vitam regeneramur nostræ vel potestati, vel sanctitati cuiusdæ, quam hominis tribueretur. Quod si res ipsa putetur, tantum abest ut hæc consuetudo fomentum superbiæ præbeat, ut potius ei extinguenda occasio suppeditet, si meminerint de suorum donorum, quorum nomine illi honorantur exactam rationem sibi esse reddendam, unde Gregor. homil. 9. in Evang. *Ἐξουσία* Evangelij sollicitè considerare nos admonet, ne nos, qui plus ceteris in hoc mundo accepisse aliquid cernimur ab auctore mundi, gravius inde iudicemur. Cum enim augentur dona, rationes quoq; crescant donorum: tanto ergo esse humilior, atq; ad serviendum Deo promptior quisq; debet ex munere, quanto se obligatorem conspicit in reddenda ratione.

Quin etiam Apostolus eo ipso in loco, quo *catalogum* horum spiritualium minorum recitat, quibusvis abusus fibulam ponit, quando illorum donorum & honorum usurpationi hunc finem præstituit, ut illi tam Christo quam membris *συνσώμοιοι* unius corporis mystici magis magisq; uniantur. 2. *εἰς ἔργον διακονίας*, ut & ministros se meminerint, nec dominatum affectent, & sedulo laborent, non desidia, non genio indulgentes. 3. *εἰς ἐκδόμην τῆς σῶμα* & *ἡμεῖς* ad ædificationem corporis Christi: eaq; ædificatio non una sed *utraq; manu* suscipi debet, hoc est, & doctrinæ & vitæ sanctæ accurate. Qui verò dona & honores suos huc non dirigunt, sed vel iis ad arrogantiam, vel otium, vel delicias abutuntur adversus hocce *titulares Doctores* severè lineam poscit Hieronymus in c. 4. Eph. *si quis non ædificat Ecclesiam Christi, nec subjèctam sibi plebem instruit, ut de subjècto populo Christi Ecclesia construatur, iste nec Apostolus, nec Propheta, nec Evangelista, nec Pastor, nec Magister (sive Doctor) est appellandus.*

Hæc ergo aliisq; gravissimis de causis Collegium nostrum longè valere iussis omnibus abusibus, quod bonum est, & sapientissimè institutum meritò retinet, & jam temporis etiam exequi decrevit, volens Reverendû & Clarissimum Virum, Dn. THOMAM WEINRICHUM, S. S. Theologiæ Licentiatum & Professorem publicum, Ecclesiæ Lipsiensis ad S. Nicolai Archidiaconum, amicum & in Christo fratrem dilectum, voti compotem facere. Postquam enim nuper Professio Theologica per mandatum Serenissimi Electoris Saxonie, Domini nostri clementissimi, ipsi commissa est, hæcenus à Collegio nostro, qua par est observantiæ studiorumq; & modestiæ significatione petiit, ut insignia Doctoralia, quorum presandorum *Licentiam*, ut vocant, ante quinquennium accepit, ipsi conferremus.

Quod ergò benè faxit S. S. Trinitas, ad proximum diem Jovis, qui erit decimus nonus Martii, panegyricum istam publicam indicimus, & ad actûs hujus solennitatem omnium ordinum Cives Academicos, inprimis *Magnificum Academia Rectorem & ceteros proceres* hujus Universitatis, officiosè & perhumaniter invitamus: etiam atq; etiam petentes, ut ad prædictum diem Hora VII. in æde Paulina compareant, & non tantum pro novelli Doctoris felicitate & auctioris minæ talento preces ad Deum fundant, ejusq; honoribus congratulentur, sed & pro religionis veræ, quæ jam passim eremodum damnatur; conservatione intimis gemitibus Deo supplicent. Quo ipso insignia exhibebunt erga Ecclesiam orthodoxam pietatis, erga Collegium nostrum affectus, & erga creandum Doctorem favoris specimina: & sicut illorum singulorum statum & conditionem piis ad Deum fufis votis prosequimur: ita hoc officium, nobis & Domino Candidato declaratum, oblata occasione pari studiorum hostimento remetiemur. PP. Lipsiæ 15. Martii, Anno M. DC. XXIX.

LIPSIÆ, Excudebat Fridericus Lanckisch.

COLEGIIUM UNIVERSITATIS THEOLOGICÆ
DECANI SENIORIS EL

Facultatis Theologicæ in Academia Lipsiensi

DECANUS,
Pis Lectoribus Gratiam & Pacem à Christo Jesu.

Radus honorum Theologorum salutaris instituto sancitos esse, nemo, nisi spiritus Anabaptistici typho correptus, inficias iverit. Non enim Deus est fautor, nedum autor *ἀναβητικῆς*, 1. Cor. 13. v. 33. i. e. tumultuariæ & miscellæ molitionis, sed vult, ut omnia ordine & decenter fiant in Ecclesia. Quam ob causam & Dominus noster Jesus CHRISTUS varios gradus constituit, ut doctos, hos autem Prophe-

tas traducem. Nihil dicamus, honorem, quâ pietate Sed & i



teris calcar additur Christi dedicant

cant. Nam quod de Christianis omnibus Hieronymus in Epistola ad Furiâ ait, id maxime de Ecclesiæ doctoribus usurpari potest: *Non queruntur in Christi-*

anis initia sed finis: Paulus male cepit: Sed bene finivit: Jude laudantur exordia, sed suis prodicione damnatur. In primis autem in panegyricis hîc honorum collationibus iterumq; inculcatur promovendis, ut puritatem doctrinæ celestis sibi unice habeant cõmendatam, & perpetuo suis auribus insonare sinant clangorem illi Paulinæ vocis: 1. Tim. 6. v. 20. *O Timothee de positum custodi, devitans vana philosophia, quorum verborum sensum felicissima paraphrasi reddidit Vincentius Livinensis, in aureo suo contra hæreses libello: O Timothee, ô Episcopo, ô Sacerdos, ô Doctor, ô exclamationis est & prescientia & caritatis, Previdebat enim futuros, quos pro adolebat errores. Custodi propter fures, propter inimicos depositi, id est doctrinâ sanâ, quæ tibi quasi Episcopo credita est à me, et à Christo, non quæ à te inventa, quam traditione (scilicet scripturarum) accepisti, non quæ ex cogitasti, cuius non auctor esse debes sed custos. Secundò de positum custodi, id est, tantum Catholicæ fidei inviolatum, & illibatumq; conserva: aurum accepisti, aurum reddere, ne eramenta supponas: eadem quæ didicisti, ita doce, adorna, illustra, ut cum dicas novè, non didicisti, usq; in secula sive mansuram custodi. Devitans quas viperam, quasi scorpionem, verum, sententiarum, & consequenter sermonum novitates, quæ sunt vetustatis, quæ antiquitati contrariæ de, Ecclesiâ, religione alienas, vocum id est dogmatum, universalem, unam eandemq; per singulas ætates successiones incorruptâ veritatis traditione manantem, & Neq; est, ut Salvatoris interdictum Nolite vocari Rabbi, Matth. 23. v. 8. aut etiam abusus quandoq; obveniens hîc titulis Theologicis opponatur. Non enim Christus improbat peritiam, honorem aut gradum istum, non & docendi potestatem ex verbo suo, cum & Johannes Baptista vocetur à discipulis suis Rabbi, & Paulus ipsemet se *Doctorem Gentium* nominet, & inter ministerii Ecclesiastici nomina superius allata & Doctorum titulus referatur: sed detestatur partim magisterium cerebri humani, commenta sua pro decretis Spiritûs sancti venditantis, partim arrogantiam sibi adscribentium efficaciam Deo per verbum operanti propriam, partim verò insolentiam, & ut Theophylacti phrasia habet, τὸ ἐμπροσθεν θεῶν ἑλθεῖν καὶ λέγειν, qui omnia faciebant tantum deus & θεοφύλακας ἀσβεστούς, Matth. 23. v. 7. ut videretur ab hominibus, & carnali quodam studio applausum quærebant. Non ideo inquit Augustinus in Psalm. 77. *hæc dictum, ut vocabulum honoris humani de loquendi consuetudine tolleret: sed ne gratia Dei, quæ in æternam vitam regeneratur nosse vel potestati, vel sanctitati cujusquam hominis tribueretur.* Quod si res ipsa putetur, tantum abest ut hæc consuetudo fomentum superbiæ præbeat, ut potius ei exstinguendæ occasio nem superpeditet, si meminerint de suorum donorum, quorum nomine illi honorantur exactam rationem sibi esse reddendam, unde Gregor. homil. 9. in Evang. *Lectio Evangelij sollicitè considerare nos admonet, ne nos, qui plus ceteris in hoc mundo accepisse aliquid cernimur ab auctore mundi, gravius inde judicemur. Cum enim augentur dona, rationes quoq; crescant donorum: tanto ergo esse humilior, atq; ad servientium Deo promior quisq; debet ex munere, quanto se obligatorem conspicit in reddenda ratione.* Quin etiam Apostolus ipso in loco, quo *catalogum* horum spiritualium munitiorum recitat, quibusvis ab usus fibulam ponit, quando illorum donorum & honorum usurpationi hunc finem præstituit, ut ea divinitus dedicata esse cogitent 1. *θεοῦ τὸν καὶ θεοδότην τῶν ἀγῶν* in coagmentationem sanctorum, ut illi tam Christo quàm membris *συνσπουῖς* unius corporis mystici magis magisq; uniantur. 2. *εἰς ἐργον διακονίας*, ut & ministros se meminerint, nec dominatum affectent, & sedulo laborent, non desidiet, non genio indulgentes. 3. *εἰς ἐκδομὴν τῶν σωμάτων* χριστῶν ad edificationem corporis Christi: eaq; ad edificationem non una sed *utraq; manu* suscipi debet, hoc est, & doctrinæ & vitæ sanctæ accurate. Qui verò dona & honores suos huc non dirigunt, sed veliis ad arrogantiam, vel otium, vel delicias abutuntur adversus hocce titulares *Doctores* severè lineam poscit Hieronymus in c. 4. Eph. *si quis non edificat Ecclesiam Christi, nec subjectam sibi plebem instruit, ut de subiecto populo Christi Ecclesia construat, iste nec Apostolus, nec Propbeta, nec Evangelista, nec Pastor, nec Magister**



os, hos autem Prophe-
tas fuerit, ceteri
hibiti sunt, adhiberi et
d est, quàm *velle* signifi-
ca est. Jam verò Col-
propugnet, & ad po-
useorum donisq; judi-
imperi & muſei, ut
de ingenii, quâ doctri-
d gradus hosce *Promo-*
autorantur, & Ecclesiæ
Ecclesiæ vexillum expli-